TRACTATVS IVDICIARIVS

De prorogatione Iurisditionis, et fori competentia ac De præ uentione: De Iure Reuocandi Domum: De reuoca tione: et Reorum tranſmiſſione.

Omnibus practicis apprime vtilis & neceſſarius: nunc primum in lucem editus.

D. ANTONIO DE MATTHEIS ROM.

Iureconſulto præclariſſimo Auctore.

ROMAE
Vincentius Lucrinus Excudebat
1558.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

ALEXANDRO FARNESIO. S.R.E.

Cardinali ac Vicecancellario digniſſ. ſtudioſorum perpetuo Mecœnati

Antonius de Matthæis fœlicitatem.

PLVRA ſane Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime pater. mihi ſuaſerunt, ut aliquid eorum quæ ex meis uigilijs deprompſeram, multorum oculis legendum ſubijcerem. Sed duo præcipua fuere, alterum q̃ Ioannis Hieronimi Albani æquitis et iuriſconſulti literis commonebar ut q̃ incepiſſem labores meos edere non deſiſterē, cui obtemperandum fuit, cum.n. ab urbis direptione me ſic apud ſe continuerit, ut mihi domo propria abeſſe non uiderer, effectum eſt, ut quicquid illi gratū fore cognoſcerem, id etiam non rogatus faciendum exiſtimarem. Alterum fuit, ut quod ſemper ſtudui noſtre huius profeſſionis amatoribus aliquam utilitatem afferrem, & quod per me præſtare non poſſem; id ab eruditis uiris acciperent, quorū nomen ex iſtis gymnaſijs circunfertur: qui uelut meo hoc officio prouocati ipſi quoq; uiciſſim ea proferant, quæ longe tum utiliora, tum ut confido maiora iudicentur. Sed cum longa conſuetudine receptum ſit, ut qui ſuas lucubrationes in lucē edunt, eas uiro cui piam laudato inſcribant, idem mihi cenſui faciendum: et quoniam inter egregias animi tui dotes perſpicua iuſtitia eſt qua æquum ab iniquo ſeparatur, licitum ab illicito diſcernitur (quod eſt noſtræ facultatis ſubiectum) hoc opuſculum de fori prorogatione tuo numine dicare non dubitaui. Accipe igitur labores meos, qua ſolitus es benignitate maioraq; in dies expecta.

DOMINE DEVS SALVATOR MEVS DIRIGAS ME FOVEAS ET SPIRITVM CONCEDAS.

MARIANVS
Auus Mariani
Dñi mei, opti-
me dixit, conſi-
derauitq; ſup ti
tu. de fo. cõpe.
cui non pauca
Bartholomeus
addidit. Quia tñ
inuentis addere
ſemp facile fuit,
multo plã cõgerã. Ordine longe diuer
ſum obſeruabo, quędã (& ſi minimus)
1 excogitabo. ℂ Et qm̃ pũcipalẽ proro
gationis fori materiã, ſed cõſequenter
Competentiæ, Præuentionis, & Iuris
Reuocandi domũ, Reconuentionis, &
Remiſſionis dicturi ſumus. Non ab re
fore duxi, opus diuidendũ in has Prin
cipales partes. ℂ Quarũ prima pona-
tur Prorogatio fori quid ſit & cur in-
troducta. ℂ In. 2. quę eius ſubſtãtialia
ſint, & quomodo ad eſſe producatur.
ℂ In. 3. quot eius genera ſint, de qui-
buſue rebus prorogatio fori ab homi
ne fiat. ℂ In 4. quot modis a lege in
genere vel ſpecie fiat ℂ In. 5. quis ſit
eius effectus. ℂ In. 6. Quomõ finiatur.
2 Prorogatio fori dicitur augumen
tatio ſeu extẽſio iuriſ-
ditionis eius qui foro præſit, vt ſic in
iis poteſtatẽ habeat, in quibus alĩs co-
gnoſcere nequiuiſſet. colligitur ex. l.
i. ff. de iudic. & ex. c. p. g. de officio dele
ga. ex doct. in. c. ſignificaſti, de foro cõ-
peteñ ¶ Poteſtatẽ in q̃ prout eius loci
ſiue Ciuitatis ſtatuta reqrũt. Vide So-
ci. in. conſil. cclxxi. in. ii. colum. ¶ Si
igitur foro non præſit quia careat iu
riſditione, vel nunquã eam habuerit,
vel habita euanuerit, forus eius non
prorogatur, nam extẽſio non entis, nõ
q̃ fiet. l. Sed ſi manente. ff. de prætor.
Bar. de fictione trãſlatiua. in. l. ſi is qui
pro emptore. de vſu cap. & vulgare eſt,
in noſtris terminis tradit Specu. de iu-
di. deleg. ſub verbo excipi poteſt, de di-
lation §. nunc videndũ. ad quod eſt.
tex. in. c. Prudentiam de off. delega. cũ
ſimil. ¶ Vnde habes, per Prorogatio-
nẽ non alterari primũ actũ niſi augu-
mentatiue. not. in. l. interconuenien
tes. ff. ad municip. doct. in. c. cauſam. de
regu. iur. & cenſetur is idem forus qui
primo erat. Ita Dec. in. c. de cauſis. De
offi deleg. poſt Paul. in conſi. ccclix.
Rota in nouis. cccxxxi. Ponens diffe-
rentiã inter innouationẽ & proroga-
3 tionem. ℂ CVR PROROGATIO.
FORI ſit introducta doct. non dicũt.
Sed tamen putarem vt litigatores cõ-
modiorem iudicem haberẽt. Arg. text.
in prin. in auct. vt nulli iudic. & in. c.
cordi. de app. in. vi. cum ſimil. ¶ Ra-
tio hæc verificatur in prorogatiõe fo-
ri quę fit ab homine. apparet per. l. i.
ff. de iudi. argu. l. cum de indebito. ff. de
probation. ¶ Verificatur etiã in pro-
rogatione fori quæ fit a lege. text. eſt
clarus i. l. cũ Papinianus, & i auct. & cõ
ſequẽter. C. de ſentẽ. & interlo. om. iu-
di. qui quãuis in vna tãtũ ſpecie loqua
tur legalis prorogationis, videlicet ea
quę fit per recõuentionẽ nihilominus
& in qualibet locum habet, cum cõmo-
ditas in eo detur, vt lites cito ac bñ di-
rimantur, eſt tex. in. §. illud. in auct. de
exequut. vbi etiã gloſ. dum allegat. l.
properãdum. ¶ Vnde cum in foro lo
ci contractus, vel quaſi, delicti, vel qua-
ſi litem ventilari quandoq; cõmodius,
q̃ in domicilio ſit. ¶ Vel quia ſcdm lo
ci conſuetudinem, contractus interpre
tãtur. l. ſi fundus, & ibi bar. ff. de euict.